


## **De Angelo In Qvo Nomen Jehova E Loco Exod. XXIII. 20. 21. 22. : Dissertatio Academica**

Gryphiswaldiæ: E Typographeo Caroli Hoepfneri, [1734?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861927680>

Druck Freier  Zugang





90


49. dg.

Fa 1092 (90.)



5





1. Jo. Bernh. Hahnii introductio generalis in Pentateuchum Mo,  
fd. Regiom. 1737.
2. Jo. Densflmann de Spiritu Sancto hospite pentecostali Stuicinus  
in Paradiso Gen. 1. 11. III. reuelata relique tradita Witteb 1692
3. Jo. And. Mich. Nagelii Observaciones in Gen. 1. 2. Hel. 1742.
4. Math. Hillerus de opere secundi diei ad Gen. 1. 6. 7. 8. Tubing 1770
5. Carp. Locheri consilium DEI circa hominis creationem. epo  
Gen. 1. 26. 1697 rec. Witteb 1704.
6. Christo. Math. Maassen de prima et benedictione et lege divina:  
creatio et multiplicati ad Gen. 1. 10. Tubing 1742.
7. idem de hexaemeri Moseici opere die septimo absoluto, huiusque  
sanctificatione ad Gen. 1. 2. Tubing 1742.
8. Jo. Herm. Beaunerus de tentatione in Paradiso Gies 1745
9. Christo. Timoth. Sidelius de primo primorum hominum peccato  
Helust. 1748
10. And. Hellmann de duplici vestitu primorum hominum ad  
Gen. 1. 7. 21. Götterb. 1744.
11. Jac. Wilk. Tencelinus de Adamo, e sola illa arbore adepturo cogit,  
tionem boni et mali ad Gen. 1. 11. 22. Götting 1743.
12. Jo. Guil. Hick de Cherubim Paradisi ad Gen. 1. 11. 24. Witteb 1720.
13. Carp. Jac. Aulh de fide matris uicentium in virum se.  
houam ad Gen. 1. 1. Erl. 1740.
14. Jos. Jund. Zolt unius Lutrastrum quod gradulam ubi  
est. vultu glau bus col antibus non est far son est est est  
ad Gen. 1. 1. Jan. 1749.
15. Nicol. Pancius de colloquio Caini Witteb 1694.
16. Jo. Christo. Orlobius de signo Caini ad Gen. 1. 11. 15. 2.
17. Jo. Cyprianus de propagando euangelio ad Gen. 1. 11. 26. Leip 1749.

18. Med. Guil. Schneiderus de primâ cultus publici divini institutione  
Narp. 1745.
19. Aug. Pfeifferus de Henoch ad Gen. 1. 22. 23. 24. Witel 1670.
20. Jo. Henr. a Seelen examen hypotheseos de diluvio aenigmatico  
Hoff 1725
21. Jo. Rud. Pfander de sensu verborum Gen. VI. 5. coll. 1. 2. 21.  
Tubing. 1719
22. Henr. Jac. Lapis de poenitentia BEO adserta ad Gen. VI. 6.  
Griphwald 1747.
23. Georg. Harsdij Beschribung, erwieh einiger Pätzgen von dem Abraham  
zu Babyl und der Daniel in dem Königreich Babilon  
gefangen worden. Laub. 1742.
24. Matth. Hillerus de antiquissima gigantum gente eorumque  
sedibus ad Gen. XIV. 6. Tubing 1701.
25. Jo. Val. Stegmayer de Abrahami peregrinatione cum femine  
sua. Jen. 1714.
26. Georg. Friedr. Niekengk de tribus viris Abrahamo appa-  
rentibus ad Gen. XVIII. 1. Hoff 1707. Duphar 1711
27. Jo. Rud. Kieseling de divinis Abrahami hospitibus ad Gen.  
XVIII. 1. 2. 3. Lips 1720
28. Jo. Saubertus de statua falis et Loti ex Sodoma  
egressu. Helmst 1660.
29. Christi. Friedr. Bauer de Domini ad Abrahamum juramento  
ad Gen. XXII. 16. Luc. 1. 54. 55. 69-75 et Hebr 11. 19  
Witel 1746
30. Jo. Henr. a Seelen de Abrahamo et Jacobo Patriarchis  
viduis ad Gen. XXIII. 1-19. XXXV. 19. 20. Lub. 1711.
31. Aug. Pfeifferus de Theraphim fidei Libani ad Gen. XXXI.  
Wittel 1663
32. Theod. Christ. Lilienthalius de gloria Angeli federis cum Jacobo  
colluctantis ad Gen. XXXII. 24. Lips et Jes XII. 4. Regiom 1714.

ad Gen. xxv. 2. 3. 4. Lips 1744.

35. Ger. Henr. Jöcher de quibusdam num. Pharaos opera Josephi ad veram  
eulogiam productus fuerit. Lub. 1712.
36. Aug. Tobelinus de Josephi divinatorio ad Gen. xxv. 3. Farg. 1725
37. Georg. Dau. Zypho de integritate Cap. xlv. Genes. contra Schuckfordi  
Kal. 1744
38. Christo. Henr. Zeibichius de sepultura in terra sancta a Josepho ad  
Josepho patriarchis moribundi expetita ad Gen. xxviii. 29. 30. 31.  
xl. 29. 30. 31. 32. L. 5. 24. 25. Hebr. xl. 21. 22. Willeb. 1742.
39. Jo. Christi. Einigk de manu dextra honoratione ad Gen. xxviii. 14.  
Lips. 1707
40. Just. Friedr. Zacharias de ritibus scholasticis Judaeorum ad Gen.  
xl. 20. Göt. 1745
41. Theod. Kafalus de Naphthalitide patria Apostolorum ad Gen. xlv.  
M. Joren. 1724.
42. Jo. Friedr. Preiskii notae in Josephi Torelli animadversiones  
in Exodi librum et lxx. graecam interpretationem. Lips. 1746
43. Friedr. Wich. Krafft de pietate obsequium qua Deus donos  
dicitur exsuperasse aedificasse Israelitis ad Exod. 1. 20. 21. Gen.  
1744
44. Christo. Aug. Heumannus de Pseudothamaturgis Pharaonis 1744  
rec. Jen. 1745
45. Bernh. von Sindan Josephus sanguinum ad Exod. 11. 15. 16.  
Regim. 1749
46. Jo. Silemann Schenk de altellis ferris et probis  
1743
47. Christo. Henr. Zeibichius de mysterio carnis asae in nocte  
paschalis prima concocanda ad Exod. xii. 8. 9. Willeb. 1742
48. Christi. Henr. Promet de angelo exterminatore ad Exod.  
xii. 24. et N. lxxviii. 49. Jen. 1685.
49. Christi. Salmans de transitu Israelitarum per mare rubrum  
Ged. 1702

XXIII, ao. 21. 22. Gryphiswald. 1752.

51. Johes Henr. Opitius de candelabri Proficia admirabili Structura ejusdemque positu in sancto. Act. Eyd. XXV, 31-40 et Num. VIII, 2. A. Jen 1700.

52. Georg Adolph. Mehneras de  $\Pi \cdot \Theta \Gamma \Pi \quad \Gamma \Pi \Psi - \Sigma \Sigma \chi \Theta \Omega \Gamma \Gamma \Omega \Sigma$   
ad Eyd. Act. XXVIII, 30. Lips 1745.

53. Casp. Neimarus de geminis Vrim et Phumina ad Eyd. Act. XXVIII, 30.  
et de ubo Samariae obsesae. ad 2 Reg. VI, 25. Lips 1709.

54. Jo. a Haritz de oratione sacerdotum ad Eyd. Act. XXVIII, 41. Lips.  
Batan. 1692

55. Jonas Wahlia de Schirin ad Levit. XVIII, 2. Chron. XI, 15. Sep.  
XIII, 21. XXIV, 14. Gatsch. 1744.

56. Joach. Lud. Engel de fundamento matrimonii inter coni.  
pugnatos ad Levit. XVIII, 11. Postsch. 1744.

57. Jo. Mich. Langius de nuptiis per jus naturae, divinum, ecclesi.  
affinitate prohibitis Actorf. 1709

58. Andr. Boberg de manipulo primitiarum usque ad Levitic. XXIII  
to. 171.

59. Jo. Christ. Guetius de anno hebraeorum jubilato ad Levitic. XXV.  
Witab. 1700

60. Co. Berth. Hahn de anno Jubilato Hebraeorum ad Levitic. XXV.  
Witab. 1744.

61. Seplius praesentialis ducatus magdeburgensis inolis ex  
Lev. XXV, 29, 24 et 2 Cor. V, 20-21. propofiti. Magd. 1725.

62. Georg. Noebius de Corae, Sathanis, Abirani et Ori desecata ad  
inferos ad Num. XVI. Lips 1687.

63. Christi. Korthollus de virga Aaomis florida ad Numeros.  
XVII. Nil 1674.

64. Christi. Gott. Friedr. Wolff de libro recti et bellorum. ad  
Num. XXI, 14. Jos. X, 10. 2 Sam. I, 10. Lips 1722

65. Franz Wockenius de mercede divinatoria Witab. 1727

66. Christi. Sontagius de lignis Sibiria ad Num. XXV, 1.

21  
Jo. Rud. Kierlingus de judaeis ad facultatem Zelandicam promou-  
catis Lips 1746

68. Idem de fadalo explorii veritatis contra semetipsum teste  
ad Deuterom. xxviii, 64 65. Lips 1748

51

52

53

54

55

56

57

60


61


62

63

64

65





50.

5

Q. D. B. V.

DE

# ANGELO IN QVO NOMEN JEHOVA

E LOCO EXOD. XXIII. 20. 21. 22.

DISSERTATIO ACADEMICA

QVAM

DIVINA ANNVENTE GRATIA

ET

BENEVOLO

AMPLISSIMÆ FACULTATIS PHILO-  
SOPHICÆ CONSENSU,  
IN REGIA ACADEMIA GRYPHICA,

DIE IV. JUNII ANNI MDCCXXXIV.

HORA LOCOQVE CONSVETO.

PVBLYCO ERVDITORVM EXAMINI

SISTVNT

M. JO. JAC. TETZLOFF,

GRYPHISWALDENSIS.

ET

JUL. GOTTFR. ÆMINGA,

MÖLLENA MEG. PHILOS. ET PHILOL. CVLTOR.

GRYPHISWALDIÆ,

E TYPOGRAPHEO CAROLI HOEPFNERI, REG. ACAD. TYPOGR.

67  
66.

64

62.

61

59

58.

57

56

55.

54

48.

49.

50.

VIRIS  
REMPUBLICAM LITERARIAM  
APVD NOS EGREGIE SVSTENTANTIBVS  
MAGNIFICO  
DOMINO RECTORI.  
SVMME REVERENDIS  
DOMINIS THEOLOGIS,  
CONSULTISSIMIS  
DOMINIS JCTIS,  
EXPERIENTISSIMIS  
DOMINIS MEDICIS,  
EXCELLENTISSIMIS  
DOMINIS PHILOSOPHIS,  
OMNIBVS IN SVA QVISQVE FACVLTA TE  
SPECTATISSIMIS,  
DOMINIS, PATRONIS, AC FAVORIBVS,  
PRÆCEPTORIBVS ETIAM MAXIMAM PARTEM  
QVOVIS OBSERVANTIÆ CVLTV SVSPICIENDIS  
ACADEMICAS HASCÆ, QVAMQVAM EXIGVAS  
PHILOLOGICAS PRIMITIAS  
CVM JVGI PERENNATVRÆ FELICITATIS VOTO  
DEVOTA MENTE MANVQVE  
OFFERRE  
PRO COLLATIS IN SE BENEFICIIS TANQVAM TENVES GVTTV.  
LAS AD FONTEM, EX QVG PROFLVXERVNT CONTINATVRÆ  
BENEVOLENTIÆ SE INSINATVRVS  
REFERRE  
VOLVIT, DEBVI.  
PRÆSES.



## Conspectus Dissertationis.

### §. I.

**E**xplicat motiva, quæ ad eligendum hocce Thema impulerunt.

§. II. Exhibet verba Textus cum versione JUNII & TREMELLII.

§. III. Agit de Persona loquente.

§. IV. De subjecto mittendo.

§. V. De officiis subjecti mittendi.

§. VI. De officiis Israelitarum erga subjectum mittendum.

§. VII. Adducit motiva, quibus mediantibus populus Israeliticus ad obedientiam subjecto mittendo præstandam excitatur.

§. VIII. Specialiter inquirat: Quis sit ille Angelus mittendus!

§. IX. Clerici examinat sententiam: Qui eandem historiam hic obiter attingi affirmat, quæ c. 33. & 34. narratur.

§. X. Brevem dicti nostri sistit Paraphrasin.

§. XI. In fundamentum sententiæ Autoris ANONYMI inquirat: qui Unionem duarum naturarum in Christo ante ejus incarnationem ex hoc dicto probare annititur.

### §. I.

**A**nsam in verum dicti hujus sensum inquirendi dedit, partim Celeb. Arminianorum Theologus JOH. CLERICUS in *Comm. suo in Exodum* ad hunc locum; partim Autor ANON. in *Tr., Gallico conscripto idiomate, cui Tit: Lettre d'un Theologien à un autre Theologien sur le Mystère de la Trinité.* Ille non solum Judæorum more locum hunc de Angelo creato exponit, sed etiam alias singulares, partim de Persona loquente, partim de ordine narrationis Mosaicæ fovet opiniones, quæ in ipsa tractatione, & adducendæ, & examinandæ erunt.

A

runt.

runt. Hic absurdam suam hypothesin, quod Christus ante suam incarnationem duabus fuerit unitus naturis, hoc ex loco probare allaborat. Jam vero cum nemo quantum nobis constat, horum virorum, alias satis Celebrium sententiam examinandam sibi sumserit, haud inutile judicavimus, si vires nostras hac in re exercuerimus, simulque verum hujus dicti sensum indagaverimus. MICHAEL WALTHERUS quidem, in *Spongia sua Mosaica* p. 766. &c.; ut & SEBAST. SCHMIDIUS in *Collegio suo Biblico* p. 127. seqq. locum hunc ab iniqua Judaizantium censura liberarunt. Ast, qui omnia rite pensitat, concedat necesse est, nobis multa adhuc esse relicta, quæ jam dijudicanda nobis sumimus, æquo L. B. judicio cuncta reliquentes.

## §. II.

Quod jam verba Textus, disquisitioni nostræ subjicienda concernit, inveniuntur, illa Exod. XXIII. v. 20. 21. 22., & ita sese habent: הנה אנכי שלח מלאך לפניך לשמורך בדרך ולהבאך אל המקום אשר הכנתו. השמר מפניו ושמע בקלו אל תמר בו כי לא ישא לפשעכם כי שמי בקרבו: כי אם שמוע תשמע בקלו ועשית כל אשר אדבר ואיבתו את-איביך וצרתו את-צרוך. Quæ verba JUNIUS & TREMELLIUS ita vertunt: Ecce, ego mitto Angelum ante Te, ad servandum Te in via hac, & ad introducendum Te in locum illum, quem præparavi. Cave Tibi ob præsentiam ejus, & auscultata voci ejus, ne exacerbes eum; quia non feret defectionem vestram; quia nomen meum est in eo. Nam si sedulo auscultaveris voci ejus, & feceris omnia, quæ edicam, plane inimicabor inimicos tuos, & hostiliter agam cum hostibus tuis.

## §. III.

Sensus dicti nostri, ut recte eruatur, primo loco erit inquirendum: QUENAM SIT PERSONA LOQUENS: Hoc ut nobis innotescat, ad antecedentia necessario est recurrendum; in illis autem capite hujus Libri XX statim v. 1 Summus Deus sistitur, quem Moses ibi loquentem introducit כל הדיבר את ה' האלהים: Tum loquutus est Deus omnia verba hæc. Est quidem in Textu Originali nomen אלהים, quod aliquando etiam

etiam tribuitur creaturis, utpote Angelis, Judicibus, Principibus, Magistratibus, Astris, idolis denique, ac falsis Diis. Ast uti BUXTORFFIUS in *Disert. de Nominibus Dei Hebraicis* §. 40. recte observat, nomen hoc proprie & primario de Deo usurpatur. Constat enim; id quod in Scriptura frequentius, & statim ab initio reperitur, pro propria significatione esse habendum, non quod rarius occurrit & posterius. Jam vero cum nomen **אלהים** statim in initio Legis aliquoties de vero Deo adhibeatur, & postea per universam Scripturam multis millenis vicibus, necessario sequitur nomen **אלהים** proprie significare summum Deum; & ab hac propria vocis hujus significatione recedere hac vice nulla nos cogit necessitas, quapropter Summum Deum, ut personam loquentem hic merito agnoscimus. CLERICUS quidem in *Comment. suo ad b. Lillorum* sententiam verisimiliorem prædicat, qui Angelum Dei Personam sustinentem legem tulisse volunt (\*). Ne tamen gratis hoc asserere videatur, in notis ad Exod. XX. v. 1. p. 86. provocat ad morem loquendi Ebræorum, secundum quem Deus facere dicatur, quod per ministros facit, de quo sat multis egit ad Gen. XVI. 13. Jam libenter concedimus; secundum morem Ebræorum, sæpius, sed non semper Deum facere dici, quod per ministros facit; sed unde probat CLERICUS regulam, vel observationem hancce, hic locum invenire? nullis sane rationibus, nisi quod ipsi ita videatur. Nos ex sequentibus evidenter probare possumus, illum qui v. 1. vocatur **אלהים** nullum esse alium, quam ipsum summum Deum; ita enim v. 2. verba porro fluunt: **אנכי יהוה אלהיםך** *Ego Jehova Deus Tuus.* Hic ille, qui v. 1. vocatur **אלהים** nominatur **יהוה**, quod nomen Deo nostro ita est essentiale, & proprium, ut nulli, nisi tribus divinitatis Personis tribuatur. Jam, si nulli nisi Summo Deo nomen **יהוה** tribuatur, ille autem qui v. 1. vocatur **אלהים**, hoc versu, nuncupetur **יהוה** necesse est, quod summus Deus hic loquatur, nec Angelus qui personam Dei sustineat. Simpliciter enim negamus Legatum legantis nomine insigniri: Quis enim, vel in humanis ferat, legatum Cæsaris ita ambitiose loquentem: Ego sum Cæsar, nomen meum

67

66

65

64

63

62

61

59

58

57

55

54

53

52

49. 1.

50

meum est CAROLUS VI. Qui Prophetarum unquam in concionibus suis, & scriptis, quamvis & ipse Legatus Dei esset se appellavit Jehovam, quin potius aliter & cautius stylum formant, ut apud eos frequenter reperire est. Hæc dicit Dominus, audite verbum Dei. Christus legatus fuit patris sui cœlestis, nunquam tamen se appellavit patrem cœlestem, nomine nimirum illo ὑποστατικῶς accepto. Apostoli erant legati Christi, nunquam tamen se vocant Christum, imo si ex ministris, qui Legati Christi perhibentur 1. Cor. IV. 1. se quis appellaret Christum, is Pseudo Christus foret. Sed regerere quis posset ex mente CLERICI, concedendo quod ei qui legati Dei munus sustineat, haud possit tribui nomen יהוה, asserendo autem; quod is possit Jehova dici, qui ex Persona sua agit. Sed unde hoc probat, asserit ipse CLERICUS, quod nusquam id fiat; Deinde qualem repræsentat personam? qui ex Persona Jehovæ agit: repræsentat ne personam Legati Dei? consequenter nomen יהוה nullo jure ipsi tribui potest. Ut autem aliquis evinceret per אלהים hic non intelligi summum Deum, provocare posset ad Gal. III. 19. ubi expresse dicatur legem Mosaicam per Angelos esse datam, ὁ νόμος διαταγείς δι' ἀγγέλων, *Lex disposita inter Angelos*; ad quod dubium a nonnullis respondetur; per Angelos legem dispositam, non ratione promulgationis de monte Sinai, quæ expresse Deo adscribatur, sed ratione approbationis, quam sonu tubarum testatam fecerunt: Sicut in extremo judicio Sancti judicabunt Angelos & homines judicio approbativo. Ast magis arridet illorum sententia, qui particulam διὰ vertunt per inter: sic enim sensus dicti etiam est clarus, & omne evanescit dubium: Sensusque dicti allegati erit: Lex disposita est inter Angelos, i. e. præsentibus Angelis, Dei ministris, qui cum Lex promulgaretur, promulgationi ejus adfuerunt, sonumque tubarum excitarunt. Quod autem particula διὰ sæpe hunc obtineat significatum, vide sis apud STOCKIUM in *Interprete suo Græco* c. VI. §. 205. n. 6. p. 216. & GLASSIUM *Philol. Sacr.* p. 538. Sic porro provocatur ad Act. VII. 38. & Ebr. II. 2. 3; ast cum CALOVIUS in *Bibl. suis Illustr.* satis docte dicta hæcce

expli-

explicaverit, superfluum esset, si aliquid adderemus. Apparet itaque liquido, Personam hoc capite loquentem esse summum Deum, id quod porro constat ex v. 19. ויאמר יהוה אל משה כה תאמר אל בני ישראל אתם ראיתם כי מן השמים דברתי עמכם. *Tunc dixit Jehova Mosi, sic dicito filiis Israel, vos vidistis ex caelis me locutum esse vobiscum.* Hic dubio omni caret Personam quæ hic loquens introducitur, esse Summum Deum; expresse enim vocatur יהוה. Jam si reliquos versus & capita percurramus, nulla alia nobis se sistet, hinc firmiter concludere possumus personam nostro dicto loquentem, etiam esse summum DEUM; nam nulla adest ratio cur aliam fingamus personam loquentem; Summus enim Deus c. XX. loquens introducitur, qui per Mosen in sequentibus voluntatem suam, & leges, secundam quas Israëlitæ actiones suas componere debeant, notas facit, addita promissione de Angelo Domini Ductore הנה אנכי שלח מלאך לפניך *Ecce ego mittam Angelum ante Te* Ast cum tres sint Divinitatis personæ, haud immerito quæritur; quænam Deitatis persona hic loquatur? Si quæstio ex cap. III. Exodi est dijudicanda, illorum se probaret sententia, qui secundam Deitatis Personam intelligunt: Angelus enim Jehova, qui in flamma ignis ibi e medio rubi apparuit, nullus alius est quam æternus Dei filius, uti ex Jes. LXIII. 9. 10. collato 1. Cor. X. 9. apparet. Sunt quidem nonnulli, qui per Angelum, creatum quendam intelligunt, sed obstant rationes prægnantes, quo minus ad illorum sententiam accedere possimus; expresse enim v. 4, nomine Jehova insignitur, sic etiam v. 6. vocatur אלהי אברהם אלהי יצחק ואלהי יעקב *Deus Abrahami, Deus Isaac, & Deus Jacobi*, quæ perpetua est solius Dei descriptio v. 15. Sic etiam Angelus dicitur audivisse clamorem filiorum Israel, & respexisse afflictionem eorum, quæ omnia de Angelo creato prædicari non possunt. Ratio autem cur illorum sententiæ subscribere non possumus, qui secundam Deitatis personam hoc nostro loco intelligunt loquentem, hæc est: quod Angelus mittendus, sit æternus Dei filius, uti ex §. VIII. apparebit, jam vero uti CLERICUS (†) recte observat una eademque

A 3 hypo-

hypostasis sui ipsius nuntia esse non potest, necesse itaque est, aliam esse personam mittentem, aliam vero mittendam; si itaque persona mittenda, uti ex sequentibus apparebit est secunda Deitatis persona, persona loquens & mittens, necessario alia persona divina esse debet; nunc autem aliis ex locis Scripturæ constat: Primæ Deitatis personæ missionem filii proprie tribui, consequenter persona loquens, hic nulla alia erit, quam prima Deitatis Persona, Deus nimirum Prter. Si quis autem objicere vellet nos absque necessitate personarum fingere mutationem, cum concesserimus Exod. III secundam intelligi Divinitatis personam, ille attendat quæso immediate antecedentia, tunc ratio ipsi innotescet, cur mutationem personarum hic asseramus; quæ mutatio personarum, qua alia persona in oratione, ut persona loquens introducitur haud infrequens est apud Ebræos. Vid. GLASSIUM in *Philolog. S. p. 234. seqq.*

(\*) Ita enim verba fluunt pag. 118. Ostendimus ad c. XX. 1. verisimiliorem esse eorum sententiam, qui Angelum Dei personam sustinentem legem tulisse volunt: Pagina 86. autem, ad verba Eloquutus est Deus pag. 86. ita inquit: Existimat *Philo DEUM* jusuisse ἤχην ἀόρατον ἐν αἰερί *δημιεργηθῆναι*, sonitum invisibilem fieri in aere, initio libri de Decalogo. Deinde judicat fecisse hoc ψυχὴν λογικὴν ἢ τὸν αἶερα χεματίσασα καὶ ἐπιτίναςα - καθάπερ πνεῦμα διὰ σάλπιγγος, Φωνὴν τοσαύτην ἐναρθεῖον ἐξήχησαν: Animam rationalem, quæ aere formato, & intento, quasi Spiritum per tubam, tantam vocem distinctam emisit. Alius Judæus sic loquentem Herodem inducit, Anti: Jud: Lib. XV. c. 8. τὰ κάλλιπα τῶν δογμάτων, καὶ τὰ ὀσιότατα τῶν ἐν τοῖς νόμοις δι' ἀγγέλων παρὰ τῷ Θεῷ ἕμαρτομεν, præstantissima dogmatum, & sanctissima eorum, quæ in Legibus sunt, per Angelos a Deo didicimus. Idem tamen Libro II. c. 5 convocatos ait Israelitas, ὡς ἀκροσάμεν τῷ Θεῷ διαλεγόμενοι, ut audirent Deum loquentem. Revera hæc secum non pugnant, Deus enim facere dicitur, quod per ministros facit, more Hebræorum, de quo sæpè multis diximus ad Gen. XVI. 13. Sic David *alloquutus* dicitur Abigailam 1. Sam. XXV. 39. ubi est וישלח דוד וירכר בנכיגיל & *misit David & alloquutus est Abigailam*, nempe per legatos quorum verba postea referuntur. Vide quæ in hoc ipso Libro c. VI. 6. VII. 19. XVIII. 6. observavimus & 1. Reg. XXI. 20. & seqq. ad 24. Hæc eadem

eadem fuit mens Apostolorum, qui Legem Mosaicam Angelorum ministerio latam & recitatam docent. Paulo Gal. III. 19. dicitur: νόμος διαταγείς δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτης, ordinata per Angelos in manu Mediatoris. Ad quem locum HIERONYMUS: *Mosen, inquit, Dei & Hebræorum Mediatorem significat legem per Angelum Domini accepisse, sicut in libro actuum Apostolorum Stephanus dicit: hic est Moses, qui fuit in Ecclesia in solitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in Monte Sina. Item legimus Angelos per legem, sæpe populo affuisse.* Locus est Act. VII. 38. ubi Stephanus Judæos, excepta sine dubio omnium opinione, alloquitur. Scriptor Epist. ad Ebræos non modo c. I. 1. disertè docet varie quidem ante Deum loquutum esse, sed postremis diebus per filium, sed cap. II. 2. 3. sic Legem Mosaicam Evangelio opponit: *Si qui per Angelos dictus est (ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς) sermo factus est firmus - pro modo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem, quæ cum initium accepisset enarrandi per Dominum &c.* Profecto ad probandam Apostolorum temporum sententiam, aut hoc satis est testimoniorum, ut aiebat ille, aut nescio quid sit satis. Nobis tamen non probatur eorum sententia, si qui sint, qui nomen *Jehova*, proprie loquendo, aliis quam Deo tribui volunt. Is enim vocari *Jehova* dici posset, qui ex persona sua agens, non legati Dei munus sustinens, sese ita vocitaret, quod nusquam fit.

(†) I. c. p. 119. autem ita verba: *τὴν δευτέραν τριάδος ὑπόστασιν* e jugo Sinæis montis loquutam, Angelum saltem creatum promitti hic fateantur oportet, neque enim una, eademque Hypostasis sui ipsius nuntia esse potest; quod miror a viris doctis non animadversum.

§. IV.

Cognita persona loquente deveniendum ad subiectum mittendum, quod nobis statim initio proponitur: *הנה אנכי שלח מלאך לפניך* *Ecce ego mitto Angelum ante Te.* Subiectum mittendum itaque est Angelus. Sicit se hic statim particula *הנה*, quæ hic non abundat, vel repletive ponitur, sed indicat rem, de qua sermo, penitius esse considerandam, admonetque officii nostri, rarissime enim ponitur repletive, sed fere semper indicat rem accuratissime considerandam. Conf. alias de hac particula DANZII *Interpr.* §. 104. p. 113. & STOCKII *Clavem lingue Sanctæ V. T.* p. 259. Facta attentione porro inquit *הנה אנכי שלח*, *ego mittens sc. sum*, ubi ellipsis verbi substantivi sum, quæ haud infrequens est in sacris literis, Participium enim Ebræorum exprimit præfens

66.

64

62.

5

18.

56

55.

54.

53.

52.

49.

50.

fens latinorum: interdum Imperfectum, vel Futurum, semperque includit significationem verbi substantivi, quando id nullo modo adjectum fuerit. vid. DANZII *Interpres* §. 54 p. 53. Notat autem verbum  $\text{מִשַׁלַּח}$  generatim legare aliquem aliquo, vel ablegare ad aliquid agendum vel expediendum, sive mittens sit superior, sive æqualis, sive missio fiat per imperium, sive alia ratione. vid: STOCKII *Clavis L. Sanctæ V. T.* ad voc.  $\text{מִשַׁלַּח}$ . Sunt quidem nonnulli qui sibi persuadere volunt, missum necessario esse inferiorem mittente, inter quos etiam est Autor ANONYMUS in Scripto, cui Titulus: *Lettre d'un Theologien à un autre Theologien sur le mystère de la Trinité* §. 8. n. 2. Sed si modo rem penitus considerare vellent, observarent, missionem non semper involvere dependentiam; potest enim mitti æqualis ab æquali, non ex potestate, sed ex libero consensu. Si duo qui suat ejusdem conditionis, & dignitatis, mercaturam faciant, communibus sumtibus, & æquali jure, & unus ex iis ad negotia conficienda utriusque nomine iter faciat, ille quidem quatenus ut legatus alterius agit, agit potestate, ab illo accepta, quia autem non minori præditus, nec alius ei ullo modo subjectus est, non potest dici missus ex potestate, sed ex consensu. Quin etiam fieri potest, ut superior mittatur ab inferiore, non ex potestate, sed quia se sponte offert vel precibus sollicitatur ad negotium aliquod in ejus gratiam curandum, quod sua sive autoritate, sive prudentia rectius creditur expediturus. Persona mittenda verbo  $\text{מִשַׁלַּח}$  exprimitur. Quæ vox in Sacris literis frequentissime de creaturis usurpatur, quo vocis frequenti usu nonnulli abutuntur inde concludentes: Ubiunque occurrit vox  $\text{מִשַׁלַּח}$  ibi notatur creatura. At occurrit in nostro loco. E. Vid. SCHMIDIUS in *Collegio Bibl.* P. I. pag. 128. §. 2. Ast fundamentum hujus sententiæ non est satis firmum. Equidem hoc verum est, quod frequentior vocis usus negligendus non sit, & ubi vocabulum aliquod occurrit, cogitandum sit de frequentiori ejus usu & significatione, quando nondum de omni ejus usu constat. Non tamen necessarium est argumentum a frequentiori usu, sed circumstantiæ uniuscujusque loci considerandæ sunt, quippe quæ sic frequentiori usui

usui prævalere possunt, ut prorsus etiam novum significatum vocabulo dare possint. Et sic se res habet cum voc: nostro מלאך, quod frequentius de creaturis usurpatur, interdum tamen indicat Angelum increatum summum Deum, ad quod probandum hac vice solummodo provoco ad Mal. III. 1. ubi mentio fit מלאך הברית *Angeli fœderis*, qui uti ex circumstantiis patet nullus alius est, quam secunda Deitatis Persona, increatus ille Angelus, Filius nimirum Dei æternus, id quod prolixè & erudite ostendit FRISCHMUTHIUS in peculiari Dissertatione de *Angelo fœderis*, Jenæ 1660. conf. etiam WAGENSEILII *Tela Satane ignea* p. 163. Ceterum addere vel supplere volunt, hic nonnulli ex v. 23 suffixum *meum*, ut sensus tali modo clarior evadat, & ita se habeat: Ego mittam Angelum meum, qui dilectus est apud me, per quem ego me cognoscendum præbeo in mundo, cum quo ego unitus sum indivisa unitate, & sine separatione, per quem mundus gubernatur. Vid. MICHAELIS *Bibl. Ebr. in notis ad b. l.* Ast cum sensus nihilominus clarus & perspicuus sit, illorum sequimur sententiam, qui nullam Ellipsin hic asserunt, siquidem absque necessitate Ellipses non sunt cumulandæ, & fingendæ.

§. V.

Jam ordo nos ducit ad officia subjeſti mittendi; De his verba in Textu ita sese habent לשמרך בדרך ולהביאך אל המקום אשר הכנתי: *ad servandum Te in via, & ad introducendum Te in locum illum, quem preparavi.* Primum est, ut custodiat Israëlitas in via. Via in qua Israëlitæ erant, erat desertum, in quo per 40. annos detinebantur, ut objectis variis calamitatibus experimentum fiduciæ suæ & amoris ederent Deut. VIII. 2. Hinc, cum diuturnis itineris molestiis, facile potuissent ad impatientiam adigi, imo iisdem itineris molestiis, facile vita excedere, custode erat opus, qui ipsorum ageret curam, ut ab impatientia & præmatura morte detinerentur. Hunc custodem Deus posuit Angelum, quem ante Te eos mittere volebat, ut custodiret populum in via; ubi notandum vocabulum שמר designare providam curam alicujus rei habere, illamque ab injuriis

B

&

& infortuniis potenter protegere, quæ cura Angelo mittendo tribuitur, ut illam populo Israëlítico præstet. Alterum officium quod Angelo mittendo incumbit, in hoc consistit, ut introducat populum in terram, quam Deus illi promissit. Locum quem intelligat Jehova, facile quilibet intelligit, terram nimirum Canaan. Ea enim Abrahamæ & semini ejus erat promissa in possessionem æternam Gen. XII. 7. XIII. 14. Hanc in terram introducturus erat Angelus Israëlitas, non ut hospites, sed ut possessores; habet quidem כּוּן in Hiphil utrumque significatum, sed ex aliis dictis satis constat, ultimum hic locum habere significatum. Introducendus itaque populus Israëliticus ab Angelo in terram Canaan ut possessor, introducendus erat in locum, quem Deus illi præparaverat, aptaverat, firmaverat, stabiliverat, ut secure in illo habitaret, quæ propria verbi כּוּן in Hiphil est significatio. vid. STOCKIUM. l. c.

§. VI.

Hactenus persona loquens adduxit officia Angeli mittendi, jam etiam indicat officia quæ Israëlitis incumbunt; Primum est *ut caveant ob præsentiam ejus*, ita enim vero 22. verba fluunt הַשְׁמֵר כּפְנֵי. Indicat hic Persona loquens populo Israëlítico, ut provide circumspiciat, quæ agat, & sollicite caveat a re mala, vid. Stock l. c. voc. שְׁמֵר p. 115. siquidem Angelus omnia accurate sit observaturus, quippe qui ipsi semper & omni tempore sit præsens, (כּוּן פְּנֵי enim quando Dei tribuuntur per ἀνθρώπων ἀπειθειν designant præsentiam tum in genere, tum in specie ad spectabilem præsentiam per columnam nubis & ignis, vid. Stockium l. c. ad hanc vocem p. 852.) & sic quam optime ad facta ipsorum attendere possit; Caveant ne mala perpetrent, quippe quæ tolerare non possit. Alterum Israëlitarum officium est, ut audiant vocem ejus ושמע בקולו, quibus verbis obedientia huic Angelo præstanda inculcatur, voc. enim שמע hic non indicat nudam auditionem, & perceptionem soni, sine attentione, assensu & obsequio, sed auditionem cum attentione conjunctam, quæ sit aure quasi erecta, imo auditionem cum assensu & obsequio conjunctam, uti contextus clare docet. Recte itaque

que LUTHERUS in versione sua: Und gehorchet seine Stimme; it. versio Anglicana: *And obey his voyce*; ut & Belgica, iussu statuum publicata: *Ende weest syne Stemme gehoorsaem*. Et sic etiam quilibet videt, per קור hic non solum notari, sonum articulatam, sed etiam quid hoc sono indicetur, doctrinam, voluntatem & mandatum. Tertium est, ne exacerbetur Angelus אל-תמר בו, Vocabulum תמר descendit a radice מרר, quod generatim notat amarum esse, metaphorice autem indicat iram & animi exacerbationem. vid. STOCKII *Clavem* p. 623. Alii vertunt non contemnendam putes a radice תמר in Hiphil; rursus alii a radice מרה non rebellabis, ne mutabilis sis in eum, quod nobis perinde esse potest siquidem unus idemque manet sensus.

§. VII.

Ordo postulat, ut motiva consideremus, quibus mediantibus populus Israëliticus ad obedientiam Angelo præstandam, excitatur; Verba ita se habent כי לא ישא לפשעכם *quia non feret aut sustinebit prevaricationem vestram*, i. e. gravissime vindicabit incredulitatis injuriam, posita negativa pro contraria affirmativa. Recte proinde versio Anglicana: *For he will not pardon your transgressions*. Non condonabit defectionem & prævaricationem, qua scientes volenteque contra illum prævaricati estis; Voc. enim פשע, communiter notat, defectionem prævaricationem, qua quis sciens & volens contra alium prævaricatur. vid. STOCKIUM *l. c.* Alterum motivum verba sequentia in se continent כי שמי בקרבו *quia nomen meum in medio illius*. Quæ verba Vener. noster KÖPPENIUS, Præceptor meus nunquam non observanter colendus solide ita explicat in *Dissert. de Messia Propheta* §. 7. p. 17.: *Nomen DEI est ipse DEUS* sec. πολυ-τεύλλητον; הוא שמו ושמו הוא *ipse est suum nomen & nomen ejus ipse est*. Idem est ac si dixerit DEUS: *ego in ipso sum*. Hoc notat communionem intimam & περιχώρησιν ineffabilem. Non ita de ullo Angelo aut homine Scriptura unquam loquitur. De Sacerdotibus benedicientibus populum dicitur: את שמי על בנו ישראל *ponent nomen meum super filios Israël* Num. VI. 27. *Nomen DEI dicitur hominibus imponi, & superincumbere, sed inharere & inexistere nunquam dicitur*, Similiter de

67  
66.

64

62.

5

53.

56

55.

54.

53.

52.

49.

50.

DEO Legislatore legitur Ps. LXVIII. 5. יהוה שמו in Domino, in Jehova est nomen ejus. Vti in loco Exodi dicitur nomen DEI esse in Angelo, ita hic nomen legislatoris dicitur esse in Jah, Jehova Domino. Unde non tantum reciprocationem, & conversionem discimus, sed & nomen poni pro ipsa essentia seu persona divina, essentiam habente, seu essentia per personam characterisata. Hinc verba, depromsit Servator, quibus Philippum de Divinitate sua, & communionem ejusdem cum patre essentia, & hinc mutua utriusque inexistencia, sive ut ita loquar inessentia informavit: ἡ πιστεύεις ὅτι ἔγω ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ ἐστίν. Joh. XVI. 10. Ad quod non habemus, quod addamus. Motivum itaque in eo consistit, ut Israëlitis indicet, quinam sit Angelus, nempe ipse Summus Deus, cui obedientiam præstare per se sint obligati. Sed longe aliter verba hæc explicat CLERICUS (\*), ipsi enim sensus horum verborum est: Aget apud vos nomine meo, seu potestate & mandatis a me acceptis. Fundamentum explicacionis suæ in eo ponit, quod phrasis nomen Dei est in aliqua re, idem significet, ac Deus speciali modo rei alicui adest, proinde provocat ad Deut. XII. 5. II. 21. & I Reg. VIII. 16. Sed respondemus uti Dn. KÖPPENIUS in adductis jam observavit, nunquam in S. literis dici, nomen Dei seu Jehovæ hominibus, vel aliis creaturis, inexistere & inhærere, jam vero in Textu nomen Jehovæ Angelo dicitur inexistere & inhærere, consequenter phrasis hæc ad Angelum creatum applicari non potest, quo tamen tendit sententia CLERICI. Quod autem adducta loca concernit, quæ pro probanda sua sententia adduxit, illa non probant, quæ probare debent, Deut. XII. enim phrasis quæ in Textu nostro originali est non invenitur, consequenter locus noster ex illo explicari non potest; quod vero locum I. Reg. VIII. concernit, nec ibi eadem phrasis invenitur, ergo & hic nil probat. Tertium motivum, quo mediante, Jehova Israëlitas ad obedientiam Angelo præstandam permovere contendit, præbet commodum, quod inde ipsis orietur, nempe Angelum velle inimicum agere erga inimicos Israëlitarum & angere eos, qui ipsos angant. כוּ אֲנִי שְׂמוֹעַ בְּקִלְוֵעֵשִׂית כָּל אֲשֶׁר אֲדַבְּרָא וְאַיְבָתִי אֶת־אֲנִי צְרִירָךְ אֶת־אֲנִי צְרִירָךְ. Promittit hic Jehova obedientibus

entibus Angelo immunitatem a potestate hostium, siquidem graviter sit puniturus atque destructurus, qui se illis opponent, hoc enim verbum **אין** indicat quando Deo tribuitur: imo hostibus Israelitarum Angelus ille increatus ita sese oponet, ut non prævaleant, coget hostes illorum in arctum, sic ut non effugient, nec illis amplius sit potestas nocendi, hunc enim obtinet significatum verbum **אין**. vid. Lexica passim.

(\*) Pag. 119. b. ab initio fere: Quia nomen meum in medio ejus; hoc est, aget apud vos nomine meo, seu potestate, & mandatis a me acceptis. Deus dicitur *nomen* suum ponere in re, vel persona, quando ei rei vel personæ ita adest, ut propterea res dicatur *Jehova habitaculum*, aut persona *Jehova servus & legatus*. Sic locus in quo fuit Tabernaculum Jehovæ, dicitur locus esse quem Deus elegit, & in quo nomen suum posuit. Deut. XII. 5. 11. 21. & 1 Reg VIII. 16. Similiter nomen Dei fuisse in Angelo merito dici potest, si ita ei adfuit, ut singulari ratione *Angelus Jehova* dici possit. Hinc etiam frequentissima phrasis *loqui nomine Jehovæ* in Vet. & Novo Testamento, pro eo, quod est dicere se a Jehova esse missum, *nuntii Jehovæ* titulum assumere & mandata quasi ab eo accepta hominibus exponere, vide supra c. V. 13. & passim. Itaque hoc vult Deus, Angelum potestate a se accepta præturum Israelitis, mandataque sua exsequuturum, non ut propria, sed ut Jehovæ decreta.

§ VIII.

Jam decidenda est quæstio: *Utrum Angelus quidam creatus an vero increatus hic intelligendus?* Judæorum sententia hac in re nulli latere potest, intelligunt enim Angelum quendam creatum; conf. WAGENSEILII *Tela Satana ignea*, ubi in *Nizzachon Veteri*, Judæorum sententiam invenies, una cum rationibus cur dictum hocce de Angelo explicent creato; ita enim p. 37. verba ad h. l. ex versione WAGENSEILII se habent. „Contendunt infideles, de JESU sermonem esse. Responde: Ecce deprehendimus, displicuisse illum Angelum Mosis & universis Judæis, nec voluisse eos ipsum accipere aut sequi. Nam Angelus, cujus hic mentio fit, idem est cum eo, de quo alibi (Exod. XXXIII. 2.) *Et mittam ante Te Angelum & expellam*. At sequitur (commate 15.) *Et dixit ei. Si facies Tua non præcedet, ne jubeto nos hinc discedere. Nam quomodo cognoscetur jam &c.* Scriptumque (Exod. XXXIV. 9.) *Eat quæso*

B 3

Domi-

„Dominus in medio nostri. Annon igitur constat, Majores nos-  
 „tros illum non recepisse, & quomodo nos eummittere-  
 „mus. Vides igitur oculis Tuis noluisse ipsos acceptare mis-  
 „sum, ejusque vestigia consequi, sed elegisse mittentem. Nam  
 „quomodo affirmare possunt, mittentem & missum esse unum  
 „eundemque. Amplius, scriptum (in loco supra allegato Exod.  
 „XXIII. 22.) *Et feceris omnia quæ edicam plane inimicabor & hostili-  
 „ter agam &c.* Quod si non poterat amicum se præbere, vel  
 „odisse, aut quem affligere, nisi præsidio mittentis, quæ erit in  
 „illo divinitas! Subjicitur porro de hoc Angelo: *Non condo-  
 „nabit defectionem vestram.* Ast de DEO, qui in cœlis regnat  
 „(Exod. XXXIV. 7.) scriptum est: *Custodiens benignitatem millibus,  
 „condonans iniquitatem & defectionem.* Quin nec Scriptura An-  
 „gelo, quæ ibi prædicantur attribuit; Scriptum enim: *Et fece-  
 „ris omnia quæ edicam, plane inimicabor, & hostiliter agam.* Missio  
 „namque tantum convenit, peragere mandata sua. *Et ad per-  
 „ducendum Te in locum quem paravi.* Ego sc. mittens. Nam non  
 „condonabit defectionem vestram, quia nomen meum est in eo. Quali  
 „dicat; hunc ob finem mittitur, ideo hortor Te, *Cave Tibi ob-  
 „presentiam ejus*, &c. Sunt tamen alii ex Judæis, qui per Ange-  
 „lum, Christum redemptorem intelligunt, ut R. MOSES GERUN-  
 „DENSIS, ita enim ille ad h. l. *Angelus qui hic ipsis promittitur est An-  
 „gelus redemptor, in quo est illud nomen Dei magnum, quia in nomine  
 יהוה ירוה est rupes seculorum Es. XXVI. 4. & idem ille est, qui dicit: ego  
 sum Bethel Gen. XXXI. 13. (h. e. domus Dei) Nam consuetudo Regis est,  
 ut habitet in domo suo. Vocat autem eum Scriptura Angelum, eo quod  
 tota mundi Gubernatio eo modo per ipsum fiat, vid. CALOVIVM in Bibl.  
 illustr. ad h. l. Plerique Judæorum ut Bechai, R. Abraham & Abar-  
 banel hic specialiter per Angelum intelligunt, Michaellem, princi-  
 pem illum magnum, de quo Gabriel ad Danielelem dicit: *Et  
 tempore stabit Michael, Princeps Magnus ille, qui causam agit populi  
 Tui, Dan. XI. 1. de quo itidem legitur c. X. 21. Nemo est qui me-  
 cum sese illis opponat, nisi Michael Princeps vester; addito  
 enim ad vocem מלאך ex v. 23. suffixo, per literarum μεταρσων  
 oritur מלאך. CAJETANUS Commentario ad h. l. per Angelum intel-**

intelligit, Mosen, **RABANUS MAURUS** ad h. l. Josuam ducto-  
rem Ebræorum in terram promissam. Adhuc alii putant, per  
Angelum mittendum hic innui librum legis, eo quod dicatur  
nomen meum est in eo. Rursus alii, quod sit arca fœderis,  
quando autem dicitur, & obtemperabis voci ejus, interpre-  
tantur de eo, quod scriptum extat in eo. **CLERICUS** (\*) uti  
jam indicavimus itidem intelligit Angelum creatum. Nos  
ponderatis omnibus Textus circumstantiis, ad illorum accedi-  
mus sententiam, qui per Angelum mittendum, Angelum in-  
creatum innui, contendunt; Talia enim de Angelo mittendo  
prædicantur, quæ nullo modo ad Angelum creatum possunt ap-  
plicari, sed quæ soli Angelo increato competunt. Hoc autem  
probo primo ex operum divinorum attributione, adscribitur  
enim huic Angelo,eductio ex Ægypto, deductio per deser-  
tum, & introductio in terram Canaan, imo conservatio po-  
puli Israëlitiçi & eversio hostium istorum, quæ omnia explo-  
rato sunt opera summi Dei Deut. XXXI. 3. Jehova Deus Tuus,  
is qui transit ante Te, ipse excindet gentes istas a conspectu  
Tuo, ut hæreditario jure possideas eas. Et Paulus I. Cor. X. 4.  
afferit Christum Israëlitis in deserto comitatum, sed ab ipsis  
fuisse tentatum v. 9. Nullus locus in tota extat Scriptura, ubi  
dicitur quod populus Israël per Angelum creatum fuerit du-  
ctus, custoditus & introductus in terram promissam, contra  
autem de Angelo increato hæc omnia dicuntur uti modo me-  
moravimus. Secundum argumentum desumitur a cultus di-  
vini exhibitione, jubentur enim Israëlitiçe diligenter cavere ne  
contra Angelum peccent rebellando, jubentur observare & au-  
dire vocem ejus. Jam vero soli Deo proprie & primario pec-  
catur, ipsius vox observanda & audienda; nullibi in Scripturis  
litteris legitur Angelus creatus Israëlitis unicum dedisse manda-  
tum, contra vero de summo Jehova legimus, quod ille solus  
ipsis dederit mandata. Hujus Jehovæ vox ipsis erat audienda,  
cum jam filius Dei etiam sit summus Jehova, & hujus vox ipsis  
erat audienda, quapropter etiam Deus Pater de filio hocce suo  
dicit Matth. XVII. 5. hunc audite. Tertium argumentum pro An-  
gelo

67  
66

69

62

5

56

55

54

53

52

49

50



mnino faciem Tuam, seu Angelum Tuum, increatum illum, comitem & ductorem expeto; Sic itaque Moses id petit, quod Deus in antecedentibus promiserat, nec ut Autor allegatus putat, renuit Angelum hunc accipere. Quod vero locum Exod. XXXIV. 9. attinet per Dominum quem ut Ducem in antecedentibus petierat, eundem intelligit Angelum increatum. Quod alterum concernit argumentum dum putat, si Angelus intelligatur increatus, quod tunc missus & mittens sit unus idemque, quod tamen absurdum. Rehero; Missus & mittens est unus idemque ratione essentiae, cum uterque habeat essentiam divinam, Pater enim est Deus, & filius etiam est Deus, non autem ratione personae cum alia sit persona mittens, alia vero missus; quid autem absurdi in hac thesi lateat non video. Tertium argumentum, quod adducitur, quoque nullius est momenti, quando enim dicit, quod ea, quae hic de Angelo mittendo praedicantur, ita praedicantur, ut ea praesidio mittentis efficiat; Tunc haec est petitio principii: ubinam enim dicitur, quod praesidio mittentis Angelus efficiat, quae de ipso praedicantur. Quae hic de Angelo praedicantur, ita praedicantur, ut omnia efficiat propria virtute & potestate; Cum enim Angelus sit increatus, & summus Deus, propria potestate peccata retinere potest, Deus enim Zelotes visitat iniquitatem in filius Exod. XX. 5., propria potestate potest peccata remittere, solus enim DEUS potest peccata remittere Marc. II. 7. Quando denique nostrae objicitur sententiae: misso tantum convenire ut mandata mittentis peragat, & inde concluditur missum mittente esse inferiorem, Respondetur. Hoc equidem certum, missum qui ex mandato mittentis peragit aliquid mittente esse inferiorem. Ast non quilibet missus agit ex mandato mittentis, sed tantum ex libera voluntate, vel rogatus in alterius gratiam aliquid peragit, hic mittente non est inferior, sed plane aequalis imo interdum superior; & sic missus non semper mandata mittentis peragit, consequenter non semper est inferior mittente. Jam vero, quae mittendus hoc nostro loco peragere dicitur, non ex

C

man-

mandato sed ex libero consensu peragit ergo mittente non est inferior. Qui Moſen per Angelum hic intelligunt, conſiderent quaeso, Moſen populum Iſraëliticum in terram Canaan non introduxiſſe, quod tamen de Angelo mittendo aſſeritur; Qui vero Joſuam intelligunt, illi perpendant, utrum hic Iſraëlitas in via cuſtodiverit, & transgreſſiones illorum puniverit, id quod de illo affirmari non poteſt, conſequenter hic quoque intelligi non poteſt. Reliquorum ſententiam ex adductis quilibet refellere poteſt.

(\*) Ita verba fluunt p. 119. Hinc ſequitur Angelum nomine Dei *ἄγγελος* loquentem hic alium Angelum, qui non Perſonam Dei plane induerit, ſed ejus legatum duntaxat agat, promittere. Ac ſane cum varii ſint Angelorum ordines, variaque munera, poteſt iis data eſſe minor aut major a Deo poteſtas. Arch-Angelus exempli cauſa. potuit Deo veluti organum fuiſſe, quo Iſraëlitas alloqueretur, deinde mitti Angelus, qui eos per deſertum, accepta ab Arch-Angelo poteſtate, curaret; atque in Chanaanam intromitteret. Sic cum Hebræorum res, apud Perſarum Reges tueretur Angelus *Gabriel*, miſſus præterea eſt ad eum *Michael unus primorum principum* (השרי הראשני) qui ei auxilio eſſet & qui dicitur *שׂר* ſchar præfectus Ebræorum Dan. X. 13. 21. Et paulo poſt eadem pagina: II. Angelus certe mittendus manifeſto a mittente diſtingvitur, & ita diſtingvitur, ut ex deſcriptione minor eſſe intelligatur, quod ex ſingulorum verborum interpretatione patebit, nec tamen cum memorata modo ſententia ſtare poteſt.

(†) Pag. 118 b. Hoc quoque mirum in hac hiſtoria eſt, quod cum Moſes hoc in loco inique non ferat alium mitti, quæ Iſraëli præiret, infra c. XXIII. 4. 12. &c. ægerrime idem dici audiat.

§. IX.

Priusquam paraphraſin dicti noſtri ſuppeditamus decidenda erit Quæſtio: An eadem hiſtoria hic obiter attingatur, quæ deinde c. XXXIII. & XXXIV. copioſius narratur, adeo ut hic ſit tantum ejus initium, abrumpaturque, & ad aliam tranſitus fiat! CLERICUS pro affirmanda quæſtione l. c. militat, (\*) quamvis concedat ordinem narrationis aliud requirere; Rationem, cur affirmativam amplectatur nullam adducit, niſi quod ita exiſtimet & quod ita videatur; ne tamen videatur abſurdi quid ſtatueret; provocat ad exempla ubi eadem res repetitur, &

& quidem ita ut dimidiata uno in loco legatur, in alio vero integra. Vidit quoque ipsi objici posse turbari tali modo tempora, hinc observat nihil esse frequentius in libris Mosis, quam ejusmodi ὑπερόπρωτα. Nos huic sententiæ nulli modo subscribere possumus, concedimus quidem libenter, eandem rem sæpius repeti, & quidem ita, ut dimidiata in uno loco legatur in altero vero integra, concedimus quoque nonnulla præterferiem temporis per occasionem narrari; Attamen observamus: nobis non licere fingere unam eandemque historiam, ubi nulla est, nec eo esse deveniendum, ut ordinem narrationis turbari asseramus, ubi nulla nos cogit necessitas. Jam vero cum aperte ordo narrationis turbetur, si unam eandemque historiam hic nostro loco & dein c. XXXIII. & XXXIV. narrari asseramus, nulla vero ita sentiendi nos cogat necessitas consultius putamus esse, si diversam c. XXXIII. & XXXIV. à nostra narrari asseramus historiam. Capita enim sic optime inter se coherent: Decalogo ab ipso Deo promulgato, Moses ad populum descendit, a quo rogatur, ut in posterum ejus apud Deum esset interpres, ob periculum mortis, cui se expositos putabant, si ipsum Deum porro loquentem audirent Exod. XX. 19. Moses cum populum bono animo esse jussisset, iterum ad Deum, nubem caliginosam ingressus, accedit, legesque accipit, quæ Exod. XX. 22. & c. it. c. XXI. XXII. & XXIII. memorantur. Finita jam Numinis oratione, Moses de monte descendit, populo quæ a Deo acceperat exponit, fœderisque inter Deum & populum initi ritus solennes celebrat Exod. XXIV. 3. ad 12. Hisce rite peractis, jussu Numinis Moses iterum montem ascendit, Exod. XXIV. 12. prima vice dies noctesque 40. ibi commoraturus v. 18. Tum leges illas accepit, quæ extant Exod. XXV. & XXVI. sequentibus usque ad XXXII. Prolapso hinc in idololatriam populo, Moses de monte descendit, punitisque idololatriis, iterum eodem ascendit pro populo intercessurus Exod. XXXII. 30. Post hæc ea contigerunt, quæ Exod. XXXIII. narrantur. Tum vero confectis duabus tabulis lapideis, prioribus similibus, iterum Numinis jussu montem

C 2

con-

67  
66.

64

62.

5

53

56

55.

54.

53

52.

49.

50.

conscendit, Exod. XXXIV. 1. 2. rursusque 40. dies, totidemque noctes ibi commoratus est ibid. v. 28. Et sic omnia quam optime cohærent, quæ igitur ratio, ut ordinem narrationis turbeamus? nulla sane. Hac occasione inquirunt CLERICUS; unde eveniat, ut sine ordine rerum ac temporum eadem sæpius repetantur? Deo hoc nequaquam tribuit, sed Prophetæ, qui habuit thesaurum hunc in figulino vase, ut excellentia potentiæ Dei esse, non ab illo intelligeret (†); Cui sententiæ libenter subscriberem nisi Θεοπνευσία obstaret, vi cuius, Scriptores fuisse infallibiles tum in percipiendo, tum in percepta communicando. Scriptori itaque non esttribuendum quando nonnulla præter seriem temporis per occasionem narrantur, sed inspiranti, nimirum ipsi Deo, qui ob rationes prægrates & sanctissimas, hunc nec alium elegit ordinem.

(\*) Pag. 119. a. III. Quamvis ordo narrationis aliud requirere videatur, existimari hic eandem historiam obiter attingi, quæ c. XXXIII. & XXXIV copiosius narratur, adeo, ut hic sit tantum ejus initium, abruptaturque, ut ad alia transitus fiat. Si quis in hunc locum incidat, nunquam diligenter Mose perlecto, minus veri similis hæc nostra ei videbitur conjectura; sed quicumque non oscitanter legerit Pentateuchum, non diffitebitur unam, eandemque legem sæpius repeti, & quidem ita, ut dimidiata in uno loco legatur, in alio integra. In hoc ipso capite, exempla aliquot habuimus ejus ἀμειβοδείας & plura passim exstant. Itaque mirum non erit historiam etiam eodem modo abrupti, ut postea plenius narretur. Si tempora turbari objeceris, nihil etiam frequentius, quam ejusmodi ὑπερόπρωτα, occurrere hisce in libris respondebimus, quod ostendimus in Dissert. de lingua Hebraica Pentateucho præmissa. Igitur hic minari videretur Deus, quod non exsequutus est, ut constat ex c. XXXIV.

(†) ibid. Sed quæri potest num etiam Deus confuse & permixte leges suas ediderit Mose, eodem plane ordine & modo quo scriptis mandata sunt. Verum huic quæstioni solus respondere possit Moses, aut ipse Deus; at tamen si in re obscurissima, & cuius potuerunt esse rationes, quæ nos latent, liceat conjecturam nostram proferre. Deo nequaquam hæc tribuimus, sed Prophetæ ipsi, qui habuit hunc thesaurum in figulino vase, ut excellentia potentiæ Dei esse, non ab illo intelligeretur, quod in re simili de Apostolis Paulus affirmat 2. Cor. IV. 7.

§. X.

Hicce adductis sensus dicti nostri erit facilis; Ecce, penitius considera & attente observa. O popule Israel, ego, qui summus atque æternus sum Deus, non ut superior, sed ut æqualis mittam, Angelum, qui est filius meus dilectus, atque imago mea, ut eat ante Te, ut ducat Te in deserto, in quo per quadraginta annos detineris, ut Te custodiat curamque Tuam agat, ut ab impatientia & matutina morte detinearis, ut Te ab injuriis & infortuniis potenter protegat, ut Te tanquam possessorem introducat in terram Canaan, Abrahæ & femini ejus promissam, in terram, quam Tibi præparavi, firmavi, stabilivi, ut secure in illa habitares. Ast Cave Tibi sollicite & provide circumspice, quando aliquid agis, siquidem Angelus hic Tibi semper est præsens & actiones Tuas observat, audi cum attentione, assensu & obsequio, doctrinam, voluntatemque ejus; Non exacerba & ad iram illum provoca, quia non feret prævaricationem Tuam, sed gravissime vindicabit incredulitatis injuriam, non condonabit prævaricationem Tuam, qua sciens volensque contra illum es prævaricatus, nam nomen meum est in ipso, Summus enim atque æternus est Angelus hicce, cum quo ego intime sum unitus, Considera hunc Angelum ut summum Jehovam, cave ne exacerbés eum, quippe qui ut Summus Deus prævaricationem Tuam sustinere non potest. Si vero audiveris vocem ejus, & feceris omnia quæ loquutus sum, si voluntatem & mandata ejus attente observaveris, & feceris quæ loquutus sum, potens Tuus ero defensor, inimicum agam erga inimicos Tuos, sic, ut graviter eos sim puniturus atque destructurus, hostibus Tuis me ita opponam, ut non prævaleant, cogam illis in arctum, ut non effugere possint, illisque nulla amplius sit nocendi potestas. Conf. de cetero B nostri GEBHARDI Programma ad Lect. Cursorias Dn. M JACOBI HENR. BALTHASARIS Gryphiswaldiæ, 1720, ubi prolixiorem hujus dicti invenies paraphrasin.

§. XI.

Coronidis loco denique attingenda erit sententia Autoris ANONYMI in Epistola Gallico idiomate conscripta, cui Titulus: *Lettre d'un Theologien à un autre Theologien sur le Mystere de la Trinité* (Verus hujus Epistolæ Autor est PAUL MATY. Catecheta olim Hagæ Comitum, qui vero ob singulares suas de Mysterio Trinitatis opiniones, ab officio removebatur, quo factò se conferebat primum Londinum, deinde Amstelodamum, jam vero quantum mihi constat vitam agit privatam Lugduni Batavorum) in qua ex loco nostro hypothesin suam fere primariam, quod Christus ante suam incarnationem duabus fuerit unitis naturis probare annititur §. 16. p. 20. (\*) Putat enim ex locis illis, ubi filius Dei nobis repræsentatur modo ut Deus, modo ut nuntius, aut Angelus Dei, uti hoc nostro loco, aliter concludi non posse, quam quod duabus constet naturis, altera infinita, altera finita. Ratiocinium enim ejus æque esse justum ac orthodoxorum, qui concludunt, quod  

C 3  
filius

67

66.

64

62.

5

53

56

55.

54.

53

52.

49.

50.

filius Dei sit Deus & homo post adventum suam in carnem, nisi illis locis ubi appellatur Deus, junctis illis in quibus vocatur homo. Porro ex dicto hocce ita ratiocinatur: Dux hic obviam distinctæ sunt nature, divina, nam nomen Dei quod est in hoc Angelo, est ipse Deus, imo quod Deo proprie competit, nimirum peccata remittere, punire qui illum offendunt, Angelo huic tribuitur; præterea natura finita & dependens ipsi tribuitur, id quod nomen Angeli, & officium nuntii Dei satis produnt. Denique hypothésin suam ex phrasi illa probare contendit, quando in loco nostro dicitur, nomen meum est in eo, hanc enim indicare unionem, & distinctionem duarum naturarum, nomen enim Dei esse distinctum, ab illo in quo invenitur, qui modus ratiocinandi tam legitimus sit quam orthodoxorum, qui unionem personalem duarum naturarum in Christo illis ex locis probare volunt, ubi dicitur Deus manifestatus est in carne; Verbum Caro factum Dn. quidem ARM. de la CHAPELLE, Pasteur de l'Eglise Wallone de la Haye, dans *Reflexions en forme de Lettre au sujet d'un système prétendu nouveau sur le Mystère de la Trinité* à Amsterdam 1729. p 93; (†) nonnulla contra adductum Autoris argumentandi modum a tulit, sed non omnia diluit. Hinc observamus: Primum Autoris argumentum, quod pro probanda sua hypothési desumpsit ex illis locis ubi filius Dei vocatur modo Deus, modo Angelus, nullo modo procedere. Si enim ita argumentari liceret, liceret etiam ita argumentari: Ubi filius Dei modo ut Deus, modo ut alia creatura finita representatur ibi concludendum: filium Dei, cum ejusmodi creatura esse unitum: atque filius Dei Gen. VIII representatur ut vir, & Exod. XIV. ut Deus & nubes, ergo cum nata nubis & viri personaliter est unitus. Videt jam quilibet si hic ratiocinandi modus procederet, necessario esse concedendum, filium Dei ante suam incarnationem multis cum naturis esse personaliter unitum, id quod tamen absurdum imo absurdissimum. Deinde respondemus ad hoc primum Autoris argumentum nomen Angeli, seu nuntii, ex quo naturam unitam in Christo ante ejus incarnationem probare vult, illam nullo modo indicare. Sed uti observavimus §. IV. vocabulum ἄγγελος non semper creaturis tribuitur, sed etiam summo Deo, Angelo increato. Provocat quidem ad similem orthodoxorum argumentandi modum, qui duas in Christo naturas inde probant, quod expresse vocetur Deus & homo. Jam negari non potest Theologos nostros argumentum pro asserenda unione duarum naturarum in Christo ex denominatione Dei & hominis desumere, & recte ita concludunt Theologi nostri, nunquam enim Deo ut Deo in Scriptura S. nomen hominis imponitur, quod tamen e contrario de nomine Angeli affirmari non potest; Ast addunt huic longe firmiora, nec in illo solo acquiescunt. Sed inquit Autor noster porro expresse duarum naturarum hic injici mentionem. Divine, quia nomen Dei quod est in Angelo, est ipse Deus, finita, id quod indicet nomen Angeli & officium nuntii. Naturam divinam hic omnino agnoscimus, ast quod finita mentio injiciatur concedere non possumus; nomen enim Angeli illam non probat

uri

uti observavimus; nec etiam officium nuntii, necesse enim non est, ut nuntius semper sit inferior mittente, potest enim etiam esse æqualis vid. §. VIII. Quod autem illud concernit argumentum; quod desumpsit ex phrasi: quia nomen meum est in eo; illud quoque non procedit; unde enim probat nomen Dei esse distinctum ab illo in quo est; nomen enim Dei & ille in quo nomen Dei est, sunt unum idemque nimirum quoad essentiam quamquam ratione personæ differant. Vid. §. VII. Ut tamen hunc suum argumentandi modum defendat, iterum provocat ad similem orthodoxorum argumentandi modum, dum hi ex dictis, Deus manifestatus est in carne, Verbum caro factum, unionem personalem duarum naturarum in Christo probant. Ast quis non videt hunc modum argumentandi esse longe diversum ab Autoris nostri; hisce enim in dictis tale quid de Deo prædicatur, quod naturæ divinæ plane non convenit. Ast quomodo in dicto nostro ejusmodi quid invenitur, solum nomen Angeli ita non est comparatum, ut naturam finitam inferat.

(\*) It. ibi verba se habent: L'union de deux natures en la Personne du Fils avant même son Incarnation, est une des principales suppositions, qui composent mon Système. Je puis avancer, que cette supposition est contenue formellement dans l'Écriture, & je suis en état de l'établir sur des preuves pareilles à celles sur les quelles on appuye le dogme de l'Incarnation. Ces preuves sont prises de tous les passages de l'Ancien Testament où le Fils de Dieu est appelé Ange ou Envoyé de Dieu. Tel est celui de l'Exode c. XXIII. 20 21. *Voici j'envoie un Ange devant toi, afin qu'il te garde dans le chemin, & qu'il t'introduisse au lieu que je t'ai préparé.* Donne-toi garde de le mettre en colere, & écoute sa voix, & ne l'irrite point; car il ne pardonnera point votre peché; *parceque mon nom est en lui.* Les Orthodoxes sont persuadés par de preuves incontestables, que cet Ange de Dieu étoit Dieu même, & qu'il étoit la propre Personne du Fils de Dieu. Mais j'ajoute à ce qu'ils disent sur ce sujet, que si l'on compare tous ces endroits, où il est nommé tantôt Dieu, tantôt Ange, où tantôt il est représenté comme Dieu même, tantôt comme un être dependant de Dieu, il est naturel de conclure de tous ces Passages conférez l'un avec l'autre, que s'il étoit Dieu, il étoit en même tems un Ange, c'est à dire un être intelligent fini, auquel Dieu étoit uni personnellement. Mon raisonnement est aussi juste, que celui des Orthodoxes, qui concluent qu'il est Dieu & homme depuis sa venue au Monde, fondez sur les passages où il est appelle Dieu, joints à ceux où il est appelle homme. Je souhaite en particulier que l'on fasse attention à celui que je viens de citer. *Voici j'envoie un Ange - - parceque mon nom est en lui* On y voit deux natures distinctes. On y voit la nature divine: car le nom de Dieu qui est en cet Ange, c'est Dieu même. De plus, ce qui appartient à Dieu en propre lui est attribue, comme de pardonner ou ne pardonner, de punir ceux qui

67  
66.

64

62.

5

58.

56

55.

54.

53.

52.

49.

50.

qui l'offensent &c. Une nature finie & dependante lui est aussi attribuee; le nom d'Ange, la qualite d'Envoyé de Dieu marque assez une telle nature. Enfin ces paroles, *mon nom est en lui* marquent l'union & la distinction tout ensemble de ces deux natures, le nom de Dieu etant distingvé de celui en qui le nom de Dieu se trouve. C'est ainsi que l'union personnelle des deux Natures en Jesus Christ se prouve par ces passages; *Dieu à été manifesté en chair: La Parole à été faite chair.*


(†) Ita enim inquit: Examinons-les un peu, & gardons nôtre serieux, s'il se peut. 1. PREUVE. En divers Passages du V. Testament le Fils est appellé *Ange & Envoyé de Dieu; Donc il etoit un Ange, c'est à dire un Etre intelligent fini, le nom d'Ange, la qualite d'Envoyé de Dieu marque assez une telle nature.* La conclusion est bonne, à la verité, si le Fils ne peut être envoyé, par le Pere, à moins que d'être une Intelligence créée. Mais c'est là precisément ce qui est en question, & le raisonnement, de cet Auteur, est une miserable petition de Principe, qu'il érige pompeusement en demonstration. 2. PREUVE Dieu dit de cet Ange: *Donne toi, garde de le mettre en colere, & écoute sa voix, & ne l'irrite point; Car il ne pardonnera point vôtre peché; parce que mon nom est en lui.* Donc il y a dans cet ange deux Natures, car le nom de Dieu, qui est en lui c'est Dieu lui-meme, & le nom d'Ange, la qualite d'Envoyé de Dieu marque assez une nature finie. En verité la demonstration est belle? Cet Auteur fait lui meme en sa Conscience que quand bien il s'agiroit ici d'une Intelligence créée, il n'enfviroit nullement de cette expression, *mon nom est en lui*, que ce fut par union personnelle. Car si cette phrase signifioit cela dans l'Ecriture, nous y trouverions le Pere uni personnellement avec *Jerusalem*, dans laquelle l'Eternel avoit mis son nom, & avec le Temple de *Salomon*, maison que Dieu choisit afin que son nom fut en elle, & même avec le Pays de *Gosen* de laquelle d'Eternel dit: *Jesuis au milieu de la Terre.* Mais sans entrer ici dans une Discussion de Critique, je defie solennellement cet Auteur de produire un seul Passage de l'Ecriture, ou cette phrase, *être en quelq'un' ou en quelque lieu*, lorsqu'on parle d'une Personne qui y est, signifie une Union Personnelle, excepté les Endroits, où son système demande qu'on leur donne ce sens, & auxquels on ne peut le donner, que par pure petition de Principe.





## Corrigenda.

P. 4. lin. 4. pro . ponas : ibid. lin. 20. leg. διαταγεις δι. p. 5.  
lin. 16. in fine ponat . p. 6. lin. 8. leg. Pater. Ibid. in not. lin. 3.  
deleatur una vice p. 86. ibid. lin. 8. leg. ἐξήχθησεν. p. 8. lin. 3. le-  
ge. Verbum  $\eta\lambda\theta$  autem notat, p. 9. §. V. lin. 12. deleatur voc. Te,  
p. 10. lin. 7. deleatur Gen. XII. 7. p. 11. §. 7. lin. 8. leg. volentes-  
que, p. 12. lin. 9. lege πατηρ, ibid. Job. XIV. 10. p. 12. lin. 1. ab ul-  
tima verbo  $\text{עשׂו}$  addatur  $\text{עשׂו}$ . p. 14. lin. 4. pro Nam lege  
Item. ibid. lin. 1. ab ult. voc. suffixo addatur ך. pag. 16. lin. 4.  
leg. Job. V. 22. ib. lin. 15. Apoc. XIX. 16. ib. lin. 20. leg. 23. pro 34.











## §. XI.

in hac admodum impedita materia aliquam lucem fo-  
 ribus nostris; tenendum est, ut id etiam ex superioribus  
 m ex maioribus deportationem, imperitante Ioiakimo,  
 c. h.); alteram itidem maiorem factam esse, summam im-  
 laeos tenente Chechonia, octavo Nebucadnezaris anno  
 m denique aequae ingentem, anno regis Nebucadnezaris  
 , imperante Zedekia, euenisse (§. 9.). Minores depor-  
 met inuicem consequuntur. Prima intermedia est inter  
 magnas (§. 8.); secunda accidit post tempora alterius ma-  
 onge ante tertiam, perinde maiorem, anno Nebucadneza-  
 fumo (§. 9.); denique tertia inter omnes omnino ab Assy-  
 profectas est extrema et Nebucadnezaris anno vicefimo  
 (§. 10.).

*Breuis uarietas  
 φαρμακωσις de  
 portationum.*

## §. XII.

ultimum Iudaeorum exilium, in quod a Romanis, Tito au-  
 aerunt, commemorandum peruenio. Non hic Iliada post  
 nsciam, siquidem tristissimum illud exitium optime ex Ioi-  
 ibris, quos data opera de hac re composuit, potest cognosci.  
 on erit ingratum, quaedam de hac re tantum delibasse.

*Breues erimus  
 in describenda  
 captiuitate  
 Romana.*

## §. XIII.

in Iudaeam XIII. procuratore misso, imperante Romae  
 nsusum primum bellum est, quod gentem deinde Iudaeam  
 git, urbemque Hierosolymam funditus euertit. <sup>a)</sup> Sub  
 Iesu, Anani filio, homine plebeio, multiplex illud vae con-  
 mam, quae tum adhuc florebat, exclamatum fuit. <sup>b)</sup>

*Primae lineae  
 ducuntur ex-  
 cidii Hieroso-  
 lymitani.*

## §. XIV.

at Albino pessimus homo, Gessius Florus, cuius summa in-  
 n effecit, ut ad desperationem adacti Iudaei bellum contra  
 re susciperent. <sup>a)</sup> Syris contra Iudaeos immisissis male-  
 entibus: <sup>b)</sup> Vespasianus cum exercitu a Nerone ad Iu-  
 daeos

*Haec §. idem  
 sibi proponit,  
 quod superior.*

vs de bello Iudaico I. II. c. XXIV p. 798. edition. Colonienf.  
 bello Iudaico I. VII. c. XXXI. p. 961.  
 ntiquitat. Iudaic. I. XX. c. IX. p. 702. sed enarrationem omni-  
 rum, quae isto tempore acciderunt, legere potes de bello Iu-  
 I. c. XXX. vsque ad finem huius libri p. 809 seqq.  
 . de b. I. I. c. XXXIII. p. 813. seqq. c. XXXVII. p. 817.

D

